



V. 1729.

1) Bismarck

Uebert 2/179/bis 73/  
Film (14)

E I S  
K O I N O N O N  
B E A T I S T O N .

AD Kf 129

REVERENDISSIMUM  
ET ILLUSTRISSIMUM PRINCI-  
PEM AC DOMINUM, DOMINUM HEINRICUM  
IVLIVM, EPISCOPVM HALBERSTADENSEM, DV-  
cem Brunouicensem & Lunaburgensem &c. Pa-  
trem patriz.

*fidei, pietatis & debita subiectionis pro-  
banda causa.*

IOANNES GVDENVVS.

WOLFERTI,

mensis Decembri annum proximè contingente

clō lo clx.

*Generoso et mag.º d.  
Ludolpho ab Pluens  
ben. Jois. p. m. f. n.  
Calle et Risto dno*



E 1 2

KOINONIA  
BEATITON

AD

REVERENDISSIMUM  
ET ILLUSTRIS  
SANC DOMINICUS  
ET ILLUSTRIS  
SANC DOMINICUS

**S**anctor esse nequit, qua pridem morte minaris:  
Istud honoratum ponere velle caput.  
**M**acte, heros, sancta pro religione focisq; :  
**N**on alijs fas sit stare ducem pedibus.

facti p... de...  
h...  
h...

IOHANNES GYDENVS

WOLFFERBTI

in die Decembris proximo contingente

elo 10 cix.



# ANAKTES.

**D**ij vos, Iesseo vox est notissima vate,  
Excelsiq; omnes filij. Quid inhospit agannis  
Montibus & campis Afri vaga seeta ma-  
gistri;

Et quodcunq; genus morbo iactatur eodem!  
Per me me reges, clamat sapientia cœli,  
Regna tenent sua, sacrum ego do diadema, nec ulla  
Iusticia & iuris sine me stat firma potestas.  
Et pater & fortis bellator, prestat utroq;  
Parcere subiectis sceproq; domare superbos.  
Væ tibi qui regem pisto pro numine censes,  
Cui libeat, liceat petulanti illudere naso.  
Aut pede non etiam miris insultare proteruo.  
Qui scelerum vindex castigatorq; malorum est,  
In tua, ni resipis, torquebit tempora fulmen  
Iratu pater, & cæco tumulabit Auerno.  
Tu quoq; plus vacuis effrena licentia rectis  
Profultans, tua fata time: cita voluitur hora,  
Heu nisi declinas tacitum properantia cursum!  
Agnosces pridem, si mens non laua fuisset,  
Quippe experta satis, iustissima vindicis ira



In te quid statuat, nisi sit clementia maior.  
Sors tulit alta caput supera ad conuexa polorum,  
Sed veluti ingentem valido cum robore quercum  
Alpini sternunt boreæ: sic ima ruenti  
Precipitata gradu Plutonia tecta subibis.  
Heu nisi declinas properantia fata ruinam!  
Consilium muta, medio dum pœna rotatur  
In cursu, mentem in melius pectusq; figurans,  
Si sapias, aut perfer, populis ut fabula fias,  
Fabula iam facta es, pars est non ultima pœna,  
Sed caue sis stygias quoq; traducaris ad oras,  
Nec eue tuus clarum conscendat fœtor Olympum.  
TEMpore tarda quidem diuini numinis ira,  
Sed gravitate moram multo cum fœnore pensat.  
Nec verò est, quod fortè tibi tot robora fingis,  
Totq; luti splendentis pondus & farris aceruos:  
Raro quis rectè de sese iudicat ipse:  
Curtior est forsàn, quam creditur ista supellex:  
Structa Semiramia quis nescit mœnia dextrâ?  
Quis Carthago tuas, vastas illq; ruinas?  
Annon & Megara steterant altaq; Mycena?  
Cecropis & cœlo porrectæ Amphionis arces?  
Ha quid sunt hodiè & plures nisi nomina nobis?

Quas

Quas dudum fallace sinu Dea fouerat An I  
Altius elatas, ruere ut grauiore ruina  
Pracipites possent rapidas Acheruntis ad undas:  
Tu finis securae tui pausaq; malorum  
Nunc etiam culpas ausis cumulare priores?  
Adde moram rebus, prius & metire, quod audes,  
Ac ne sic animo permittas frena calenti.  
Error & in causa est, qui indignos sapius effert  
Consilia & sanos monitus corrumpere natos,  
Quos pater omnipotens illis permittit & offert,  
Quorum constituit mutare, ut dia Patercli  
Vox est, fortunam varioq; inuoluere casu.  
Mulus in abiecto tenor est: hinc omnia plena  
Fraude, doli, fastu, luxu, varioq; tumultu  
Ipsa etiam passim vel in implebe videmus.  
Ordine neglecto, vel sola inscitia, apertum est,  
Erigat ut cristas, latum si prenderis unguem.  
Rus illi pater est, sed mater nominis expers:  
Stant caelo auricula probroso in vertice, squamis  
Contectum latus, & Samio pavone superbum,  
Nube sua gaudet caeco lare, tota tenebris  
Obsita, terrarum late diffusa per orbem,  
Ore ferox, plena insidijs dextroque peremta.

Lumine, *Dij talem terris auertite pestem,*  
*Ne redeant nobis laruata secula Mormus.*  
*Ferrea calx illi, petit & ferit omne, quod ipsam*  
*De meliore luto pectus constringere tentat:*  
*Bellua, qua Schyticoplectatur, digna flagello,*  
*Imperiosa, procax, leuis, effera, stulta, superba:*  
*Me quoque, ne abiectus fortuna emergere possem,*  
*Non semel imperio seuaque tyrannide pressit:*  
*Qui poteram esse aliquid, nunc hac in nube relinquitur.*  
*Scilicet, amissis nullo discrimine passim*  
*Legibus, urgeri hac dura nos sorte necesse est:*  
*Cernimus euersas ades destructaque templa,*  
*Et pacis clades & inexcusabile terris*  
*Nequitia pondus, cedes in mœnibus ipsis*  
*Insidiasque fori, & quonam discordia mentes*  
*Impulerit, damni qua sit securam libido.*  
*Quid fiet, cum tentabit Rhadamantias vltix?*  
*Ah noli tantis caput obiectare periculis:*  
*IN sese spuit, aduersus qui iactat Olympum*  
*Liuentem demens obstipa fronte saluam.*  
*Quin potius cælo palmas ac lumina tollens*  
*Effundis supplex dignas è pectore voces:*  
*Iustitiæ rectique dator, qui cuncta gubernas,*

*Nec*



Nec mihi (namquè fatebor) in hoc vestigia ducens  
Curriculo quidquam potero sperare salutis:  
Nec quoquè nunc eadè tot iniqua patrare voluptas,  
Qui iam tot damnis totquè annis fregimus aevum:  
Pœnitet errorum, temeraria factaque vero  
Detestata dolore animum tibi trado iacentem:  
Da veniam, pater, & iustum depone furorem:  
Ibo scelus contra, motus positura rebelles  
Intrepidè, quamcumquè datis mihi numina sortem,  
Accipiam, modò, sancte pater, te redde benignum  
Propitiumquè mihi nostras auertere clades.  
Ipsi etiam, quo grandis eram patre opimaquè facta,  
Post te rectoriquè meo meliore litabo  
Obsequio constans. Cunctas ex ordine culpas  
Fassa graves humili veniam mihi voce precabor.  
Forsitan hac poteras superos ratione mouere,  
Et iustam herois Nemesis, ne cogeret istis  
In te consilij toto spectanda theatro.  
Plurima vis culpa tacitas expromere pœnas.  
Sed tu grande decus patria pater optime princeps:  
Vtraquè & admixtu damnorum caussa trahatur,  
Nempè quod esse solent, ut apertis otia portis  
Tot vertant Martis funesta in bella patroni,

Ad

Ad quod Cocyti non desint undiquè folles.  
Torrences immanè fremant tristemq; minentur  
Interitum cymbis: inuoluant gurgite silvas:  
Cade alij studeant saeva & feritate timeri:  
Non sic: longè alia est tua mens atq; insita virtus:  
Mite tibi pectus, non fuso sanguine gaudens,  
Ut diras aperit proiecta calumnia fauces:  
Sollicitudo tua est & cura, ut fontibus ultrò  
Ignouisse velis, modò si meliora sequantur  
Vero animi motu, procul omni fraude doloq;  
Grande decus terris patria pater optime princeps,  
Da pacem quoq; nunc: pax unica mille triumphis  
Et ter Niliacis potior Phrygijsq; columnis:  
Hanc tua firmat am bonitas in mille nepotes  
Larga velit, nil nos saeva turbante Megarà;  
Quos tibi firma manet longum parere voluptas:  
Dextra benigna tuos saltè si deserit hostes,  
Sat punit, proprio compactam carcere plebem.  
Intereà torquere famem consuesse laborent  
Fortiter, ipsa etiam pars quedam nuda Quiritum.  
Ecquæ pœnarum sit met a futura, quis omnium  
E sacro Phœbi vates predixerit antro!  
Sed tu sancte Deus summi moderator Olympi,

Cuius

Cuius in orbe patet cunctis immensa potestas  
Cuncta oculo voluens: ortus obitusq; quid arctos,  
Influa vis cæli, quid agant ferriq; togaq;  
Consilia, humaniq; probans penetrata cordis:  
Cum te facta, pater, numquam mortalia fallant,  
Ah meliora velis: quanquam non ista precanda  
Sed facienda forent nobis in singula vita  
Momenta & prorsus cunctis sine fine diebus.  
Ænea lex rerum paret tibi: florida tellus,  
Te mandante, iacet spissatis arida succis:  
Cum mandas, eadem positis reuire scit in herbis:  
Quin undas fundit scopulis atq; horrida saxa  
Ægeas iaculantur aquas: tibi pontus inertes  
Submittit fluctus, Zephyriq; sonora reponunt  
Ante tuos sua flabra pedes: tibi sidera parent  
Eumenidumq; manus & nigro Cerberus ore.  
Sed, dolor, in varios nos duxerat orbita lapsus:  
Lubrica nos etas nos deuius egerat ardor,  
Perpuleratq; animum nil collatura cupido:  
Nobiscum ab paribus nolis concurrere telis:  
Flecte animum, pater, ut tandem fortuna resurgat,  
Quæ per te cecidit: tibi enim succumbimus uni.  
Da populo erranti meliori mente potiri,

B

Vt

Vt sibi quæ certam possint conferre salutem,  
Agnoscat, mitiq; suo sub rege capessat  
Legitimum morem supremo sine colendum,  
Atq; æterna tibi, bone dux, stet gloria gentis.  
Sed quoque nunc aliud patria pater, accipe votum:  
Ecce suum ad finem properat pes lubricus anni,  
Itaque reditque dies solitum reuolutus in orbem:  
Curarum satis est vigilatorumque laborum:  
Mens inuicta tamen, quoties id abenea pectus  
Sollicitat virtus operosaque gloria rerum.  
Pro regione tua pro thure calentibus aris  
Sistitur ipsa tibi mors victima cara futura:  
Quin quod & ipsa dabunt palmam rigidissima fata.  
Non alio fas sit reges incedere passu.  
Hic vos flete niues pulleque accedite scena  
Cælum aërque minax: acrem Acroceraunia luctum  
Induite, & longum frustra versate dolorem.  
Omne ferox in opus virtus: hac sola potentem  
Expertura manum nil ipsum Acheruntæ refugit:  
Omnia mole sua intereunt: hac sola perennes  
Trahat retractat stabili cum sidere giros.  
At tu nunc placido vultu, pater, accipe votum,  
Quod dabo, sed nostra tenui laceraque Camenâ:

(Parce

(Parce mihi, lauru viridi spectanda caterua,  
Non alio possum, quàm tali dicere versu,  
Nec libet) Augusta proles fortissima gentis  
Semideumque & apex & diuinissimus ardor,  
Quid faciant alij, nulla est curatio nobis:  
Hoc tantum vero sensu motuque precamur:  
Te pater aethereus, nutu qui cuncta gubernat,  
Florentem & vegetum nobis in millia praestet  
Secla. Det ingenuas heroö in corpore vires,  
Et longa nobis, te principe, pace fruisce,  
Ampla ut perpetuam teneant tua scepra quietem,  
A nostris procul hinc pulso cervicibus hoste:  
Donec contingant caelestis munia vita,  
Angelicos inter cœtus gentemque beatam  
Mens pia quaque sua suprema messe fruatur.


F I N I S.

*Epitheta boni Principis ex Iulio Polluce,  
Erasmo Interprete.*


**Π**ερὶ βασιλέων ἐπαίνων λέγει πατήρ, ἡπιότατος, ἡμιότιμος, προνοητικός, ὀπίκειος, φιλόανθρωπος, μεγαλόφρων, ἐλεύθερος, χρημάτων κρείττων, ἐξωπαθῶν, ἑαυτῶν κρατῶν ἄρχων ἡδονῶν, λογισμῶν χρωστικός, ὀξύς, ἀγχινοῦς, περὶ σκεμμένον, εὐδύαλος, δικαιοσύνη, σώφρων, θεῶν ὀπιμελητής, ἀνθρώπων κηδεμών, εὐσέμειος, βέλτατος, ἀνεξέπαιστητος, μεγαλογνώμων, ἰσχυρογνώμων, ἐνεργός, πλεσιπυργός, φροντιστής τῶν δεχομένων, σωτήρ, πρόχειρος εἰς εὐεργεσίαν, βραδύς εἰς τιμωρίαν, ἀσφαλής, ἀπλανής, ἀκρεβέστερος πρὸς τὸ δικὸν ζυγῶν, εὐπρόσοδος, ἀποσηγορικός, ἀντιφωτιστικός, μελίχολος, προσονής, ὀπιμελητής τῶν ὑπηκόων, φιλοσραπίτης, πολεμικός μὲν, ἔ φιλοπόλεμος δὲ, εἰρηνικός, εἰρηνοποιός, εἰρηνοφύλαξ, παιδοφίλος, δεχηγός, καὶ δεχικός, νομοθετικός, ἀποποιεῖν πεφυκώς, θεοειδής. πολλὰ δὲ εἰσὶν, ἃ λόγῳ τίς ἀν εἰπεῖν ἔχει, καὶ ἐκ ὀνόματι.

**R**egem laudato his titulis. Pater, mitis, placidus, lenis, providus, æquus, humanus, magnanimus, liber, pecuniæ contemptor, haud obnoxius affectibus, sibi ipsi imperans, dominans voluptatibus, ratione utens, acri iudicio, perspicax, circumspectus, valens consilio, iustus, sobrius, numinum curam agens, hominum negocia curans, stabilis, firmus, infallibilis, magna cogitans, auctoritate præditus, industrius, confector negotiorum, sollicitus pro ijs, quibus imperat, servator, promptus ad beneficium, lentus ad vindictam, certus, constans, inflexibilis, propensior ad iustitiam, facilis aditu, comis in congressu, commodus alloqui volentibus, blandus, expositus, curam agens suo parentium imperio, amans militum suorum, qui strenuè quidem bellum gerat, sed qui bellum non affectet, pacis amans, pacis conciliator, pacistenax, appositus ad emendandos populi mores, qui ducem agere norit, ac Principem, qui leges salutare sciat condere, natus ad bene merendum, divina specie. Sunt autem multa, quæ oratione dici possint, singulis vocabulis explicari non possint.









12

IS  
NON  
STON.

ED Kf 129

DISSIMVM  
SIMVM PRINCI-  
DOMINVM HEINRICVM  
ALBERSTADENSEM, DY-  
Lunzburgensem &c. Pa-  
triaz.

*causa subiectionis pro-*  
*caussa.*

GV DENVS.

R BYTI,

proximè contingente

clx.

*Generoso et mag. co d.*  
*Ludolpho ab Pluens*  
*ben. Juid. p. m. f. n.*  
*Calixto dno*

